

teritorum, & in quolibet somnio, quantamcunque partem & persæpe maximam esse eiusmodi, existimant totam saniorum materiam ex ea constare.

Contigit itaque, vt tunc viderem me, quotquot annulos habere, præter duos, vnum quæ semper gestare solitus sum, hyacinthum, alium qui gemmam habebat rubram & oblongam parui precij, vt mihi videbatur (nam hunc non habebam, neque huic similem) tradidisse Hispano mercatori, cuiusdam gemmarij etiam per somnum mihi ignoti, suasi nec illum pecunias numerasse: imò mihi videbar non dedisse, sed gemmarius ille id constanter affirmabat, tertia ante diem tradidisse ac vendidisse: narrabatque ille venditionis rationem talem, quam ille lucrosam & bona conditione factam contendebat: scilicet vt intra biennium pretium redderet: duosque se obligasse in solidum, nullo tum interveniente scripto, aurique pretium esse (nescio quid) aiebat Quadraginta & tredecim pro centum: atque hoc tantam opimam, mirum in modum pretium laudabat, ac extollebat. Emptorum horum alterum dicebat esse textorem sericeorum pannorum: reliqui non meminit, neque ego qui esset scire videbar: cumque ego quærerer, tantquam his vendidisset qui versuram ob inopiam facere possent: aiebat ille, prædinitum eum esse textorem. Rursus cum diceret auri pretium illum reddidit, quærebam de gemmis ille aiebat, etiam gemmarum, quanti valerent. Ego verò dicebam, quosdam esse gemmas, quas ego pluris satis emissem, quam æstimarentur: atque inter cæteras Seleniten emisse quindecim aureis coronatis aiebam, cum ille diceret in æstimatione non plus esse tribus: cum autem quærerer de hoc, dixit: Quid sua referes, quod tu plus emere volueris? satis est ei, quod de pretium æstimationis, & quod valer: pigebar autem graviter hoc fecisse, quod hominibus ignotis sine syngrapha, deinde tam procul habitantibus, vt cogerer si illi fidem non seruassent, vsque in Hispaniam ire ad litigandum, & omnia alia negotia relinquere, aut amittere profus rem & pretium: deinde quod me obmodicum lucrum, & adeo incertum, spoliasset tot gemmis raris, quas tota vita conquisieram: quæ tamen si venderentur, parvam summam constare possent pecuniarum, ac longè minorem quam ea esset quam emendo erogassem: itaque cum quærerer cum illo, quod eius opera tantum errorem admisisset: respondebar nihil, nisi me id egisse non coactum, sed ab illo tantum persuasum, qui existimasset id è re mea esse. Ego autem hoc

solo consolabar, quod factum non patarem, sperabamque ac dicebam inuenturum in arca cum aperirem: neque enim recordabar ad arcam accessisse, vel vnquam eduxisse annulos meos: ille tamen constanter affirmabat, me dedisse, nec apud me esse. Itaque rogavi prænomen illius quod esset: ille primum suspensus, grauater dicere videbatur: tandem dixit, Stephanum se vocari. Interrogavi postmodum de nomine, & illud etiam difficiliter exponere videbatur: tandem dixit, de Mes. est autè vrbs, quæ paucis ante annis obsidione graui cincta à Cæsare, defendente rege Gallorum capi non potuit. Demum interrogavi, vbi Mediolani maneret: tibi enim esse videbar: negauit se domum habere stabilem, sed huc illucque vagari: tandem dixit, se è regione cuiusdam monasterij virginum, nomenque retulit, habitaturum: sed ego non memini nominis: dicebat autem, in via gemmariorum semper inuenies: quo responso, cum id ita esse considerem, consolari videbar tum maximè, quod gemmas adhuc apud me esse existimabam. Interim verò (nec id recordor) videbar in summa domus parte habere quosdam lectos, & pullum elephantum vinctum, atque feram aliam insignem pelle varia, qualis est pardalis: verum qualis esset, non recordor, nec quod nomen: ab ea tamen cauebam, nec fidebam. Elephantem autem pane oblato mansuetum expertus sum, de quo magnam voluptatem capiebam: aiebat autem ambos Hieronyma ancilla vetus, quæ nunc alibi moratur hæcque orto solè. Pridie à cæna de gemmis loquuti sumus, vt hoc totum esset *ἀναπαύσιον*. Significat tamen, parum ab futurum, ne conditionem quandam insanam recipiam aliquatisper lucrosioris spe, ea quæ est præsens, sed in qua sint multa pericula, & multa impedimenta, præsertim ornandorum librorum: hi enim sunt gemmæ: annulorum autem aurum, redditus, ob quæ poeniteas, præsertim quod nec securum erit illud præmium. Manifestum est autem, quod hoc erit profusum in manibus meis vt faciam, propter spem quam retinui, quod irritum esset hoc negotium, & quod annuli adhuc apud me essent. Erat ergo mei arbitrij, deliberare à quo somnium vt palam est, me dehortatur. Bellæ illæ quid significent, ancillæ veteris interpositio plane declarat: cum enim pulli essent, ambæ duos adolescentes, elephas quidem filium, fera anagabam ob elegantiam studiorum & peritiæ mulsæ insignem & variegatam, reliquæ ex ea historia decernuntur, significat Nomen & Prænomen medio regi: id est, principi seruiendum docet, si tecepero, cum tamen nihil habeam.



ENCOMIUM ASTROLOGIÆ.

SI qua est humanis vsibus ars necessaria, disciplinæ utilis, aut contemplatio iucunda, vel diuina sapientia, Astrologia certe non solùm talis est: verum etiam omnium aliarum, tum artium, tum scientiarum, quæ harum laudum sunt participes, præstantissima: quippe cum sola, & ante alias omnes, astrorum primo cursu, dignitates tempora, atque hinc Deos ipsos etiam esse docuerit. Etenim, ne longius à religione digrediar, Moses ipse, Iudaica conditor legis, quo nemo apud Græcos Romanosve antiquior est, festos dies omnes ab æquinoctijs & nouilunijs constituit: eos autem septenario omnes distinguit, vt numero & ordine Errones imitarentur. Cali

vero motus ac tempora ita diligenter obseruauit, ut cum reliquæ gentes Diis propter astra cultum impenderint, ipse (quod magis conuenit) astris diuino verbo autoritatem dederit. Curiosus uero Græci atque Ægyptij, tum Phœnices, non tamen maiore ueneratione, astrorum disciplinam sunt profecuti. Nempe eas, qui illam inuenerant auxerantue, uiuentes quidem pro regibus haberunt, mortuos coluerunt pro Diis: ut sic omni studio & illorum operam & dignitatem meritis prosequerentur honoribus. Neque de multis aliquos recensere, nonne Trimegistus ille primo talis apud Ægyptios fuit? Berofus apud Chaldaeos? Orpheus, cuius & lyra inter astra relata fingitur, quod mundi concentum referret: septem distincta chordis, totidem erraticarum numero. Inde Phaëton, quod Solis cursum explorasset, Endymion Luna, Atlas stellarum ac signiferi, Dedalus ille, quem uolare finxerunt, atque Icarus, qui cum patriam disciplinam non perfectè adeptus esset, in mare ignorantia præcipitatus fertur. Sic Pasipha, & Phryxus Athamantis filius, ac Bellerophon, tum Atreus ac Thyestes, cum singuli singula inuenissent, & Phryxus apud ueteres digni uisi sunt & diuinitate. Sic ille Tyresias, quem uatem celebrant antiquitas & Astrologus insignis fuit, ob hocque dictus sexum permutasse, quod stellarum quasdam masculinas, quasdam dixerit femininas. Quid uero aliud argonauticam illam expeditionem aurei uelleris significasse credimus, quam multorum Regum certamen in exquirendo æquinoctij momento, cum Sol arietem ingreditur. Nam & antiqui historici, & sacra pagina referunt, olim consuetudinem fuisse, ut Reges questionibus certarent, victusque victori aurea præmia persolueret. Quid etiam existimas Homerum ac Virgilium sensisse, cum ubique Deos illos altercantes aut pugnantes hos quidem pro Græcis aut Troianis, illos uero pro Turno Æneæque? quàm quod stellarum hæc quidem huic parti, alia autem diuersa fauerent. Inde tot concursus conciliæque Deorum. Per absurdum enim est, credere Deos tanquam homines hæc factitasse: absurdus etiam, cum hæc illi scriberent, nullam profus sensum sub tot uerbis latere uoluisse, sed tantquam Chimeram, nullo usus omnibus suis membris, inani præcedit studio à tam clari poetæ fabulam fabricatam. Itaque cum Æneæ Venerem, quod pulcherrimum esset, cum Turno Inonem, id est fortunam, ac Lunam, cum Hectori Apollinem, quod fertis esset ac iustus: seu Solem fauere dixerunt, non aliud quam genium, seu sydus, quod unicuique dum dicitur dominatur, sub fabula uelamento intellexerunt. At Heronum genium ex uirtute, & Erronum naturam, que illi similis erat uenabantur: nam Apollinem & Iouem Saturnumque, Martem ac Mercurium, tum Venerem ac Lunam, reges fuisse credendum est, qui cursus horum stellarum uinque earum inuenierint. Sic Castorem, sic Pollucem, sic Arcturum, sic Andromedam celebrant, nomina illorum stellas quas inueniant tribuentes, stellarum uero immortalitatem hominibus.

Verum ut etiam ad minus antiqua ueniam, Legumlatores omnes huius artis præcepta obseruauerunt. Inter quos Licurgus grauisissimus Laconum, inter reliquas mandauit leges, ne ante plenilunium militet ad bellum exirent. Alij circa sacra magis eam obseruauerunt, ut Romani: que tunc enim erant Kalendaria, etiam ingressus Solis, in signorum initia erant. Athenienses, etiam Græcorum sapientissimi, Berofus Græco, qui Platonis socius in Heliopoli fuit, ob ueridica oracula, æneam statuam cum aurea lingua in foro dedicauerunt. Omitto Thrasibulum, qui maxima adeo apud Tiberium in ueneratione fuit, ut nihil non ex sententia illius ageret: conficius secretorum arcanorumque custos, atque in uisus cui ille pareret, qui ceteris omnibus mortaliibus imperabat. Quam nec pater eius Angustus, aut neglexisse, aut ignorasse dici potest, cum numquam nota Capricorni, sub quo tam feliciter se natum esse cognouerit, signari uoluerit.

Et quamquam maiora de alijs etiam referre possem, festinandum tamen est ad eorum finem, in quibus finis nullus queat inueniri, solumque id admonendum, Cum Iudeos primo, inde Æthiopes, post Ægyptios, qui syderum etiam obseruatione ab animalibus abstinerint, (cum non illa, ut vulgus existimabat, sed stellas sub ea figura uenerentur) inde Æthiopes, Babyloniosque, atque Phœnices, tum Græcos, atque Idæos (nam & Saturnus in Italia regnauit) inuenientes atque obseruatores sui habuerit, tum in his Reges atque diuini prope homines, quid aliud, existimandum, quam eam quoddam munus esse Deorum, atque præcipuum mortalibus concessum? Nempe cum præterita Historicos extollant, presentia Reges uisura Diis relictæ erant. Sed nec huius homines mortales expertes esse uoluerunt, huiusque artis beneficio nos participes fieri curauerunt, ut illas tantum sapientes esse reor, qui eam disciplinam edocti sunt. De quibus dicat Sæphocles: ὅς δ' ἀποραὶ θεῶν τὰ δαῖμα. Quomodo enim eos amare non possunt, quos tam diuino munere donauerint, aut quomodo uere dici poterunt sapientes, qui diuinum nihil à Deo sint consecuti? Ceterum, cum hoc nesciat, hæc Deorum ambrosia, cur non merito etiam felicissimi erunt, qui vel hoc poculi genium aut cibi degustauerint? Quamobrem necesse est Astrologiam omni alia disciplina & incunctiore, & diuiniorem esse. At uero etiam utiliore fore quis dubitatur, cum & futura si prospera sint sequi doceat, si aduersa uel vitare uel aquius ferre: nam que diu quisque ante præuiderit, lenius ferat, etiam si minere nequeat. Parro quam incunda sit futurorum scientia, ac quam supra cæci queat gratissima, ostendit tum præteritorum, tum presentium cognitio: quæ adeo nos oblectat (quamquam hæc inuisibilis sit) ut nihil horum causa non prætermittamus. At futurorum scientia, cum etiam sit necessaria, & uoluptatem & utilitatem tantam, quantum nemo uel cogitatione assequi poterit, inesse necesse est. Igitur quod Ptolemæo adscribitur, cuiuslibet huius artis studio merito conuenire existimo, etenim secum dicit:

Οὐδ' ὅτι θνατὸς ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη, ἀλλ' ὅτι τὰν ἀστρον
 Μαγὰν πικρὰς ἀμφοτέρωθεν ἔλικας,
 Οὐκ ἔστι ἐπιφύω πῶσι γαίης, ἀλλὰ παρ' αὐτῶ
 Ζῶνι διοτρεπὸς ἡμετέρων ἀμφοτέρωθεν.

F I N I S.